Universitätsbibliothek Paderborn

# Svper Coelibatv Monachatv Et Vidvitate Axiomata

Karlstadt, Andreas

Vvittembergae, 1521

VD16 B 6126

urn:nbn:de:hbz:466:1-33459

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 6117.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1

2F II
13

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SVPER COELIBATV MONACHATV ET VIDVITATE AXIOMATA PERPENSA VVITTEMBERGAE.

AND. BO. CAROLOSTADII.

VVITTEMBERGAE
M.D.XXI.

## CIRCVMSPECTO BARTHOLOMEO BACHIO CIVI ET NOTARIO OPPIDI in valle. S. Ioachimi fratri amico ANDREAS CAROLO. S. D.

Quo de fonte cœlibatus effluxit, quem popularis clericorũ
cohors, velut numen, cõplectitur, atque quot, ex eo erum-
næ & mala promanarint, facilius eſt inuenire inicium, quam finẽ
enarrando, Pudet aũt me vehementer, peſtes illius monſtri ſin-
gulas proferre. Excogitatus eſt et hic lucri queſtus. Et ut cętera
complurima Romani pontifices nocumenta, quãquam in ſpeci
em religioſa, pepererunt, ita & hoc mulctrale pecuniarum
a rhoma. Ponti. nobis eſt propoſitum. Videbat Pontifex Calix
tus (cuius mi Bachi me donabas imagine) Sacerdotum, potiſsi-
mum rem familiarem diſpenſantium, uitam illam, in omnia ma
Gene. vi la propenſam, vitam inquam, quouis tempore peccata, & conci-
Iacob. i. piētem & propagantem, nõ poſſe, uel ſine coniugibus uel ſcortis
tranſigi. Ilico oculos ad quęſtum habuit intētos Calixtus. Inſti
tutus eſt cœlibatus. Neque ſanctitatis cortice caruit. Intrinſecus
uero ſpurciſſimus. Nam ut pecunię ſtudium, malorum radicem,
I. Timo. ſequitur pontifex ille, titulo maximus re ipſa minimus, ſic a fide
v. non potuit non aberrare, & obſcœniſsimum partum edere. Indi
dem erepſit (mali corui, malum ouum) cœlobatus, argutus
preſbyterorum compilator, incitator concupiſcentiæ, tedarum
apud inferos concinnator. Tum hominum mandata conſcribun
tur. Volant edicta, Atque circũcirca conſtrepunt pontificiæ con
ſtitutiones. De uita & honeſtate clericorum. De clericis coniu-
gatis. De cohabitatione clericorum & mulierum, Et alia id ge-
nus phariſeorum murmura. Permittitur Sacerdotibus mulierum
cohabitatio, ſed honeſta. At interdicũtur matrimonia haud Pau
lum honeſtiora. Verum ut vetant conſuetudinem fęminarum
Sacerdotibus. Ita ad laſciuientes contra fidem belle conniuent
pontifices, propter ſanctum argentum, cui tantam Romani pon
tifices putant ſanctimoniam eſſe, quod nullum facinus tam ſit
impium quod nõ facile dilui poſſit aut conſecrari argento. Pro
inde, ut oportuit, pecuniæ apetentes a fide a legeque ſacra dei de
ſciuerunt. Cur a fide? Cur a diuina lege? Quia non modo id,

quod multis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod multis exemplis ſcripturæ ad nos venit iminuerunt, ſed contra Moſaicas & Prophetacas & Euangelicas & Apoſtolicas litteras ſanxierũt. Deinde videmus pontifices non tam deſyderare animarum ſalutem, quam peculiolam. Quandoquidem & hec medicina non ſit inuenta vt uel preſeruet aut ſeruet a malo, verum ut purget crumenas. Subinde fatentur quidem ſcortationem eſſe peccatum, ſed multo leuius, quam ſit matrimonij contractio. Sic fit ibi eueſtigiò diuina ſapiẽtia pontificibus rhomanis ſtulticia. Fucum tamen ſuis ſomniis illinunt. Aiunt .n. fornicationes malę ſunt ſed emãdãtur pecuniis. Porro quod turpius eſt, noui iratos Epiſcoporum Officiales ( ut dicunt ) quod quidem Sacrificuli ſe ſe continentes nihil in coquinulas intulerunt. Nunquid, non audiuimus dictum quibuſdam, ſiue concubinam tecum alas ſiue non, aureum concubinatus cauſa dependes? Vide mi Bartholomeę quid ſpectarunt in cœlebatu pontifices? Quã illis fuit curæ ſpirituum beatitudo, & rurſus quam cupientes pecuniæ. Adeſte iam, nunc adeſte cacodæmoniis larue & miniſtri, qui preſbyteris caſtratis & continentibus caſtitatem exprobrare audebatis. Effundite coram, in publicum, vocem quam ſub veſtra tribunalia euomuiſtis, & proiecto & aperto pugno & finem & fontem cœlibatus oſtendite. Nonne hæc auris olim vobis appoſita audiuit. Infructuoſos vobis ſane eſſe caſtos preſbyteros? Nempe quot ſublata occaſione nihil lucri licuit emungere. Habes modo, niſi dormiam cœlibatus authorem, finem, vtilitatem & ſalutem, cernis mi Bachi, quid pontifici ſub oleuerit, dum hoc monſtrum propagaret. Deberem poſt hec enumerare, quot mala, quanta facinora, qualia flagitia, quot denique damna. Chriſtianiſmo cœlibatus attulit, Sed me pudor vetat referre, Quia fieri nõ poteſt, vt tantæ fœditates, preter nauſeam etiam ſordidarum & agreſtium aurium referantur. Vtinã demiſſa vox in aurem tibi quædam loqui poſſet, horreres certe illa, quæ auditores & iudices peccatorum (quos nũc Confeſſores appellitant) a confitentibus didicerunt & me docuere dedocẽda magis quã docẽda. Equidẽ neminẽ audiui peccata confitentem in aurem, ſed didici, & fortaſſe dei conſilio mihi prodebantur, vt hodie acrius in cœlebatum inueherer, vt a cœlibatu nullum iuuenem non dehortarer. Quid autem illos perfluos fratercullos permouit, vt ſtudio non ad modum probando, depoſitis ab

vterentur,ipſi uiderint. Hoc ſcio, genus illud. Confeſſorum,eſſe
genus rimarum plenum,atque ab illis perfluere ſolere,quicquid
infunditur. In cœnulis,in comeſationibus.inter pocula,ſub ebrie
tatibus ſecreta illa,& fides in aurem credita,effluxerunt. At facio
miſſa hec,iraſcãtur mihi ſancti fratres vt uolunt,mõ ne lędant vt
cupiunt. Neque ipſi ſunt malorũ precipui authores. Sed ponti-
fices Romani, quorum uoluntate & prudentia cœlibatus in Eccle
ſia dei inſtitutus fuit. Itaque in caput Pontificum Rhomanorum
malorum colluuies refluet. Ego uero, ſint iuditio veſtro. Ponti-
fices. Flagitia leuicula, ſceleſtiſſima facinora lege dei cõmoni
tus noui. Opinantur homines. Monachatum aut Sacerdotiũ aut
Virginitatem tum conſeruari,cum nõ peccatur. naturę permiſſu
Et cum eam ſanctimoniam intuentur, ſubcreſcunt multo peiora
crimina,ſcilicet fornicationes cum diis alienis. Vellem,ſcripturę
teſtimonio ductus,decem ſcortorum congreſſum,& alia fornica
tionum genera diſſimulaſſe,quam ad vnum tale conniuere.
Deutro. Non me fugit illud ſcripturarum monumentum. Non erit mere
xxiii. trix,nõ erit ſcortator in filiis Iſrahel.Et quod ab omni fornicatio
ne abſtinere debemus. Neque nunc loquor, de ardore maſculo-
rum in maſculos. Sed de iis delictis ago, quæ ſentiunt illi, qui ſe
cum vtuntur. Falluntur magna cũ iactura Sacerdotes,Monachi-
Viduæ & Moniales exagitati incendio concupiſcẽciæ, fiſcenni-
um inter ſacra canentes,dum putant, ſe non grauiter peccare. Fa
ceſſant modo aures plus iuſto caſtiores. Arrigat auriculas mens ſa
crarum litterarum cupida. Opinantur ſe ſe non delinquere,cum
in cuniculis & cellis & ſolitudine haud ſcio quid efficiant cõfri-
catione. Decipitis quidẽ nos,deũ aũt nequaquã, Non eſtis ſic
virgines,non continentes,neque caſti,cum vrimini, & ex incen-
dio ſemen iacitis uel in terram uel in veſtimentum. Perpętratis ſe
minis iactu crimen et fornicatione & adulterio incomparabiliter
peius, Non tamen veſtra ſponte deuij. Sed peruerſa pontificum
Rhoma. doctrina ſeducti. At nõ euadetis pœnã. Nam & decepti
& impoſtores eandã culpã,diuerſo tamẽ cruciatu præſtabunt.
Leuiti. De illo autem crimine ſic ſcriptura detonat. Si quis dederit de ſe
xviii, & mine ſuo Moloch moriatur.populus terræ lapidabit eũ. Quod
xx. ſi populus negligens fuerit,& dimiſerit hominem,qui de ſemine
ſuo dedit Moloch,nec voluerit eum occidere,ſuccidam ipſum &
omnes qui cõſenſerũt. Itaque pœnã luent cõmutaturi vitã morte
qui ſemen ſuum dant Moloch, Occidẽtur & illi qui non obruũt
hominem lapidibus

hominem lapidibus, hanc irā oſtende, ſic, in fornicatores & ad-
ulteros deſæuientem. At, ibunt inficias, ij. qui hymenęum manū
canunt, ſe Moloch dare. Ergo quis eſt Moloch? Moloch deus
aliquis eſt ficticius, ſiue ſit creatura in cœlo, ſiue in terra, ſiue ſanc
tus ſiue prophanus, modo ſit fictus, non verus, deus, cui ſemen
fundatur. Nunc elabantur (ſi poſſunt) qui ſe diuis illis Domini-
co Franciſco aut illorū ſimilibus dediderūt, & illis interim ſemina
ſua, licet repugnantes, tribuerunt, profecto Moloch, deo ficticio
ſemen dederunt, quod datum fuit deo ficticio. Tum largiamur,
ipſos, neque ſpontaneo attritu, neque inuitos, ſemen effuſum, Mo
loch dediſſe. Illud ſaltem non quibunt negare, crimen eſſe gran-
dius, ſi quis ſemen in terram, uel veſtem, uel manum (ſit hono-
rantibus) ſpargat, quam ſi cum muliere congrediatur. Abomi-
nandum eſt ſcœlus apud Deum, iactatio ſeminis in terrā, teſtāte
ſcriptura cuius hęc ſunt verba. Ille ad vxorem fratris introiens Gene.
ſemen fundebat in terrā ne liberi, fratris nomine, naſcerentur, xxxviii.
& id circo percuſſit eum dominus, quot rem deteſtabilem faceret
Ecce ſcriptura rem deteſtabilem, vocat ſeminisfuſionem in terrā.
Tale quiddā ſuper ſcortatione vix inuenies dictū. Ad huc tamē
ſuas. Virginitates, Viduitates & Monachatus, illi cœlibes tutā
tur. Quā excuſationem pretendēt pontifices & coquinarii Offici
ales, qui facinoribus illis dant manubrium? Crimen graue eſt for
nicatio, grauius adulterium & inceſtus, omniū aūt grauiſſimum
ob cœlibatum, ſemen in terram vel cucullum aut in involucrum
ſerere. Seminis expreſſio tanto accuratiore ſtudio eſt vitanda,
quāto apud deū deteſtabilior exiſtit, & tāto diligentius carybdis
illa eſt fugiēda, quāto eā vehementius deteſtatur deus. Perrum-
pite, me duce. Antichriſtorum vincula, laqueos perplexos.
Conceſſa ſunt matrimonia, atque adeo, quot ne quidē Paulus au i. Timo
deat quēpiā in preſbyteratū aut diaconatū cōſtituere, niſi illi, ſal v.
tē vna, fuerit vxor. Habes optime Bachi, pericula cœlibatus,
& quorſum ponti. ille Roma. direxerit telum, & quā nequiter ad
uerſus phas & legem dei ſtatuit. Opinor enim te uel ſubodorari.
quales animarū faces, cœlibatus pōti. nobis adhuibit. quot peſtes
et mortes reipub. chriſtiane immiſit. Ego aūt nō tā cōpte quā for-
titer nūc pergo in pontifices rhomanos depugnare. Id quod pro
poſui, ut & ipſi tādē recipiāt oculos. quibus poſſint in ecleſia dei
verſari citra iacturam noſtri. Neque ualeo, noſtros ponti. ab
inferno cruciatu aſſerere, dū hereticorū ſuorū veſtigia ſequuntur.

 Nam ſi eos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam ſi eos ideo defenderem, quia ipſi non invenerunt errores
ſed inuentos cuſtodiunt, quid alliud facerem, quam quot & ſuas
ipſorum ſanctulas leges parū religioſe obſeruarē atque legi diui
nę obluctarer, Quia aiunt ipſi. Facientes & conſentientes eandem
pænam portaturos. Deinceps anthoritati ſcripturarum ſaltem
iii. Reg. clanculum obſiſterem, quę ſic de Oſia loquuntur. Oſias autem fi-
xxii. lius Achab fecit malum in conſpectu domini & ambulauit in
via patris ſui & in via Hieroboam, qui fecit peccare yſrahel, Sic
de Hieroboam, ſic de aliis ludit ſcriptura, tandem ergo noſtrates
pontifices veſtigia ſuorum anteceſſorum vindicabunt? Quin po
cius condemnabunt ductores cæcos, & cæcos ſeductos in ſpe-
cum plutonis. Nunc oram ſoluo, & concluſiones aliquot ſuper
cœlibatu poſtridie Geruaſii hic expenſas diſputando, cōmunio,
quas tibi melioribus digno, dedico, Vt hoc velut indice ſi
mul cognoſcas, quam obſequibilē & intentam in iſta
uora voluntatem habeo, ſimul quam mihi per-
ditisſimorum pontificum cæcuties, ſtatus,
& pertinatia doleat, quam eorum me
miſereſcit ſtupiditatis, quam me
habeat pesſime illorum in
animas ferotia. Poſtre-
mo tibi gratias pro
tua in me huma-
nitate modo
ago, re-
laturus vbi po-
tero. Vale fœliciter in
Chriſto Datum Vuittembergæ die
Petri & Pauli. M. D. XXI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Axioma Primum.

## SICVT VIDVAS REIICIMVS IVNIORES, SIC MONACHOS, SIC PRESBYTEROS IVVENES COELIBES

Hoc primum pauli fuit, ſecundum a ſimilitudine, ductum eſt argumentum, ſitum in eadem cauſa, propter quã vetuerat paulus viduitatem iuniorum mulierum. Porro ineſt legi diuinæ, tractus ad ſimilia. Neque enim extrinſecus & alienus eſt, a rebus, ad ſimilia rerum, ductus, ſed intra vim poteſtatemque conprehenſus. Etenim, niſi ad eas res, & perſonas coaptari lex poſſet, quæ quandoque erunt ſimiles, multa tropologiæ dulciſſima argumenta periiſſent. fruſtra Paulus argumentaretur pleraque inaniter & Moſes, tabernaculum, iuxta ſimilitudinem & exemplar (in monte conſpectum) efformauiſſet, neque noua ad veterẽ, neque vetus lex ad nouã, velut duo cherubin in arcam teſtimonii conuerſis uultibus viderent.

Verum enim vero ſic poſteriorem partem propoſitionis, a ſimilitudine ductam, probabimus, vt nihil minus ſit, quã apertis teſtimoniis deſtituta. Huc vſque nobis Paulus ad Timotheum loquitur hęc verba. Porro iuniores viduas reiice, cum .n. laſciuire cæperint aduerſus Chriſtum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidẽ reiecerunt, ſimul autem ocioſę diſcuut circumire domus. Imo non ſolum ocioſę verum etiam garrulæ, loquentes quæ non oportet Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum miniſtrare, nullã occaſionem dare aduerſario, vt habeat maledicendi cauſam. i. Timo v.

Quamquam numeri. xxx. palam dicat lex. Vidua autem & repudiata, quicquid vouerint, reddant, tamen Paulus uota viduitatis reiicienda ſtatuit, atque vult Timotheum, aut illius ſimilem Epiſcopum reiicere viduas iuniores, hoc eſt, minores ſexaginta annis. Quandoquidẽ in ſuperioribus docuit, quã ſenem uiduam liceat eligere, dicens. Vidua eligatur, non minor annis ſexaginta. Poſtea uero ſubdens. Iuniores reiice, tacite innuit, minorem annis ſexaginta a profeſſione uiduitatis, omnino repelli debere, atque ad connubia mitti, quia ſubiecit. Volo iuniores hoc eſt minores annis ſexaginta nubere, liberos gignere, domum ad miniſtrare Nume. xxx. Iuniores que ſint

Leuiti. adminiſtrare. De qua nimirum ætate Leuiticus loquitur. dicens.
vlti. Sexagenarius, & vltra maſculus dabit, quindecim ſiclos. Fœmi-
na . x . fœmina ſexagenaria . x . ſiclos pendat, Sexagenariam re
cipit Paulus, ſed. non omnem. Nempe ſolum eam, quę fuerit vni
us mariti vxor, in operibus bonis hominum teſtimonio conpro
bata, ſi filios educauit, ſi fuit hoſpitalis, ſi ſanctorum pedes lauit,
afflictis ſubminiſtrauit, ſi in omni opere bono fuit aſſidua, hęc
omnia & ſingula ſunt in ea ſpectanda, quæ ſe ſe uiduertatis pro-
feſſioni mancipare volet. Atque ſic, obuenientem mulierem, cui
uel ſaltem vnus non fuerat maritus, aut operum bonorum teſti-
bus caruerit, uel filios nullos educarit, aut fuit aliena ab hoſpitali
tate, nulliue ſanctorũ pedes lauit, repellit Paulus eiusque uota abi
icit Debent uiduæ uota deo promiſſa perficere, ſi uota nõ pen-
Nume. dẽt e conſilio alterius, id quod caput illud . xxx . ſuperius aſcitũ
xxx. multocies docet & inculcat, ſcilicet. Si autem mulier in poteſtate
uel patris uel mariti fuerit, tam viro, quam patri ius eſt, uel irri-
tum facere uotum, uel confirmare promiſſionem mulieris, Nunc
autem non modo filiæ ſub patris miniſterio & poteſtate degẽtes
& mulieres in authoritate maritorum agentes, ſed etiam uiduæ,
repulſęque e familia, omnes ſimul, ſub eius uiri nutu agunt.

Exo. Qui in humerali doctrinam & veritatem legis fert, portatque
xxviii. iuditium filiorum Iſrahel, diu nocteque uerſatus in lege domini
Pſal, i. qualẽ nobis paulinæ litteræ ſub oculos pingũt. ſcilicet. Qui poſ
Titu. i. ſit in ſana doctrina exhortari, atque reuincere contradicentes, er
Ecechi. rantes reuocare. ſanare infirmos, fortes confortare, atque diſſolu-
xxxiiii. tos alligare, ſub eius inquam uiri magiſterio, authoritate & domi
nio & viduæ & coniugatę, & filiæ familias, & viri, & puelli pen-
demus. In ſumma profeſſio uiduitatis, aut ſi mauis tota conſu-
matio uoti, in nutu & renutu uiri illius exiſtit, cui Paulus dicit,
Iuniores reiice, Voueat quepiam uiduitatem mulier & uotum
iureiurãdo ueſtiat confirmet ue & iuret, adiuret. ſemel, ſæpius, de
cem, aut mille annos, ſe a uiri lege ſemel ſolutã, profeſſurã poſtea
uiduertatis ſanctimoniam non preſtabit uotum, niſi doctus Epiſ-
copus (qui per legem & oracula diuina, non pontifitia reſpon-
dere aut conſulere queat) uel tacito ſilentio (poſteaquam mulie-
ris votum cognouit) votum viduitatis conprobarit.

Verum ſi contradicet, infirmabitur & votũ, & & adiectum iura
mentum, & omnis inuectio. Tum ipſa mulier pacẽ habeat, ſecura

per legem dei

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per legem dei, quoniam illi propiciabitur dominus, quia contra-
dixit vir, in lege domini gnarus. Nolo virum in lege Pontifi-
cum Romanorũ peritum, ſed in ſola domini lege eruditum.

Proinde mulierem ad viduitatis profeſſionem propendentem,
ſcire oportet, uotum eius, penitus ab Epiſcopo Timothei ſimi-
limo pendere, itaque ſinat ſe ſe doceri, & obſequatur.

Timotheus autem, iuſſus, reiicit iuniores viduas & ad partũ
liberorum, ac adminiſtrationem domus adhortatur, imo
trahit. Ideoque ſimiles Timothei pontifices, omnem mouere la-
pidem debent, vt nubant, ut liberos alant, ut domum diſpen-
ſent mulieres. Si quis autem Epiſcoporum vellet Timothei
atque Pauli dignitate & titulo ſimilis eſſe, & diſſidere ſenſu &
moribus, noſſe debẽt mulieres conſulendũ eſſe dominũ, qui con
quirentibus legem ſuam, nobis in cõmune adhuc adeſt, loquitur
& conſulit, cuius uerbum, lucerna pedibus noſtris eſt, quam ſi fi- pſal. c.
denter quis aſſectatur, non aberrabit a vero. xviii.

Repudiatas ſe ſciant iuniores annis ſexaginta a profeſſione Gen. xvi
viduitatis, contracturas matrimonia. & diſpenſationi reifa Gene.
miliaris dedendas. Neque abſque cauſa, ſterilitatem deteſtãtur. xxv
Sara. Rebecka. Rachel. atque deinde Lia. Anna & reliquæ ſanc- Gene.
tæ mulieres. Neque ioco tot locis loquitur precepitque domi 29
nus. Creſcite & multiplicamini. Item, Creſce & multiplicare. i. Reg. i.
Filie ſunt Abrahæ, cuius ſemen eſſe oprotet ſicut cœli ſtellas, & Leui.
maris arenam, quorum numerum haud quaquam conſequentur 26
viduitate, itaque nubant non enim quibunt uiduæ (contra ſcrip Gen. i
turarum authoritatem) deo conplacere. Poſtremo nolo virgines viii. ix.
ueſtales, monachas viduas celare, diſpenſationem rei domeſticæ
bonum opus eſſe, a ſcripturis cõmendatum, & antecellere multis
nominibus preculas illas perpetuas quas muſſant in ſacra æde,
Sic enim ait Chriſtus Cum oratis, nolite multũ loqui, ſicut Ethni Mat. v.
ci faciunt. At hoc diluunt belle, reſpondentes. Nos canimus &
clamamus, Certe aſtute vitant reprehenſionẽ Chriſti, Quia lõgas
cõceniones uocum effundere & alto clamore preces eructare, nõ
eſt loqui ſed clare & alte loqui. Eſaias abſque uelo diſpẽſationẽ Eſai. i.
rerum erga proximos maxime domeſticos longiſſime anteponit
precationibus. Cum multiplicaueritis inquit orationes ueſtras
non exaudiam Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cate pupillo, defendite viduam. Deo nihil poſſumus bonis
Ioan 14 operis addere, neque malis, quicquā detrahere. Proinde ad prox
imorum curam nos alligauit Chriſtus dominus. Hoc eſt precep-
Ioan. 13 tum meum ut diligatis inuicē, Itē Et uos debetis alter alterius la
uare pedes, onera ferre Hoc deo acceptum eſt, & veluti ſibi fact-
um reputat. Quicquid minimo ex meis feceritis ait Chriſtus, hoc
Mat. 24 mihi feciſtis. Hæc oportet virgines & viduas ante omnia facere,
Sic enim oramus, Sic vere deo placemus, Delectus operum adhi
bēdus eſt, & ſunt bonis meliora anteponenda.

Mulieres ergo tandem oculos in lucernam pedum veſtro-
rum ſubſtollite, deſituræ ſemel curam ſaxei templi, pro
lapideis, viua templa curaturę. Quando grauiora legis neglitis
donec in minimis illis rebus ſtatis, Maiora legis oportet primū
Luc. 11 facere, ſcilicet Iuditium, Fidem, & Chritatem, atque tum, ſi uacat
Mat. 23 etiam leuicula legis experiri. Vos autē Moniales (ut veſtro uo
bis blandiar uocabulo) excolitis culicem, & deglutitis camelum
dum templa marmorea expolitis, auro, argento, purpura, cæreis
candelis, itē molli concentione infarcitis, præteritis iuditium, ne
glitis miſericordiā, & fidem deperditis, Primum oportet viuis tē
plis non deeſſe uos, Adfueritis autē ſi liberos procreabitis, ſi ver
bo fidei primā infātiam formabitis domi, Si domeſticam curam
geretis Si & bona & mala, ſi dulcia, amara mundi, feretis animo æ
quo, Si crucē Chriſti portabitis, Sunt qui peregrinātur neceſſitate,
hoſpitādi, Sunt qui affliguntur, cōſolādi, Sunt multa miſerorum
genera, quorum curam minoris facitis cura delubri lignei aut
petricoſi, Profecto negligitis maiora, quia vos ſolicitudo poſſi-
det minorum.

Deinceps quāta mala neglectus meliorum, propaget, noluit
tacere Paulus, dicens. Orioſę diſcunt circum ire domus, At
neque ociātur, ſed garriunt, que tacenda eſſent. Ab illis enim
monialibus, quot fraudes fidei, quod portēta, quot faſcinationes
Leui. 20 eruperint, nunc dicere nequeo, Inde ſomniorum anxia obſeruatio
augurum, & ariolorum ſuperſticio non nihil virium aſſumſit, ab
illis itidem apologationes, fabulę, omne denique dicacitatis ſemē
obortum, non in vtilitatem, ſed perniciem & ſermonis & vitæ.
Quid autem debuit ocium aliud proferre? At omnia eiuſmo
di mala, omnes illius rei publicæ peſtes, ſola domeſtica adminiſ-
tratio, diligenter diſpenſata, impediret & contereret. Quæ, tanto



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

precellit religionem Monialium pondere, quanto aurum, argētō
precellentius eſt. Non ſinat Epiſcopus (hoc eſt cuiusque
congregationis ſacerdos qui preeſt quē parrochum appellant)
iuniores annis ſexaginta vel profeſſionem aut vota perficere vi-
duitatis aut virginitatis, ſed promiſſiones, ſi quas iuramento ſeu
voto tectas emiſerunt, iritet, ad matrimonia ſuadens.
Inter iſta mala poſiti ſunt monachi, dequibus et nunc tractabi-
tur. Cum primis certum eſſe opinor. Cœlibes eſſe per mul
tos, caſtos autē pauciſsimos, Deinde in matrimonio quempiā ca
ſte viuere, qui cælebs non eſt. Cælebs .n. eſt qui non eſt maritus,
Cœlebatus, non matrimonium. De Cœlibe ſic ſcripſit i. Corin.
Paulus. Qui Cælebs eſt curat ea, quæ ſunt domini, quomodo pla vii.
citurus ſit domino. At qui duxit vxorem, ſollicitus eſt de his,
quę ſunt mundi, quomodo placiturus ſit vxori. Sermo iſte duo
nos docet, prius eſt, Cœlibatum, & ductum vxoris opponi, poſte
rius eſt. Miniſtros Chriſti haud quaquam auocandos eſſe, a cœli-
batu, dam ratione, quot copulatus vxori, curat quemadmodum
vxori placeat, non deo. Contra cœlebs, ad alia, quæ domini ſunt
ſpectat. Videto queſo curarum vtriuſque diſtantiam. Cœlebs
domini, Maritus mundi res curat. Nunc autem inficiari nemo po
teſt, miniſtros oportere ſuper rebus dominorum ſuorum eſſe ſol-
licitos. Sic .n. & Paulus & Petrus ſeruis mandāt, ut oculos ex ani Ad col.
mo habeant intentos in comoda dominorū ſuorum. At quis dif iiii
fitebitur Sacerdotes & Monachos, miniſtros eſſe domini[c]. Ergo ut i. Petri. ii
curare diuinas res debēt. Sic incumbere Cœlibatui. Quando cœ-
lebs fuerit, qui curat quę domini ſunt. Preterea Paulus de ſexu alte i. Corin.
ro paucis attingens ſubiicit. Diuiſa ſunt hęc duo, Mulier & Vir- vii.
go. Innupta cogitat quę ſunt domini ut ſit ſancta cum corpore tū
ſpiritu. Contra. Nupta curat quę ſunt mundi ſcilicet quomō pla
citura ſit viro Sic videmus mulieri virginē opponi. Sicut cœlibē
marito. Et idē virgini inſidere animo, quod cœlibi. Vtroque rem
curante domini. Curat autem Innupta, ut ſit & corpore &
ſpiritu ſancta. Idem conabitur Cœlebs, ut ſit ſancto corpore
& ſpiritu ſancto Nempe ſic curat quę domini ſunt, quę non cu-
rat maritus. Nequaquam igitur miniſtros dei ad matrimonia
cohortabimur. Solō eorum quæ ſunt nunc allata: Aliud eſſe
puto vitationē matrimonii, aliud doctrinā uitationis, Quēad-
modū diuerſa ſunt. Cœlibatus, aut ſi viuas cœlebs. & preceptio
Cœlebatus uel ut agas cœlibē. Poteſt aliquis eſſe cœlebs ſuapte
uoluntate nulla ſuaſione & iuſſu legis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Matthei Exemplū Chriſtus dicit Sunt,Eunuchi natura,ſic nati. Sunt Eunu
xix. chi ab hominibus Eunuchi facti. Sunt Eunuchi qui ſeipſos caſtra
uerunt,propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat.

Non expedit contrahere matrimonium,inquiunt diſcipuli
Reſpondet Chriſtus. Non omnes ſunt capaces verbi illius, qui
poteſt capere,capiat,Chriſtus ſinit enuchos eſſe,ſed non iubet,ut
ſint Per mittit abſque coniugio manere eū,qui poteſt,at paucos
aſſeuerat capere poſſe. Neque uetat cuiquam matrimonii nexum
Sic Paulus non prohibet,ne ſint cœlibes,ne ſint virgines de qui
i.Corin. bus ait Dico autem inconiugatis & uiduis,bonum eſt eis,ſi per
vii. manſerint, vt ego,quia bonum eſt eis ſic eſſe,propter neceſſitatē
præſentem Quia non carent uinculis & inuolucris matrimonia
neque ſua cruce et afflictione. Atque palam eſt virgines nuptas aff
lictionem incarna paſſuras. Sic commendat Paulus magno-
i.Corin. pere virginitatis tranquillitatem,& ſtudium & curam erga deum
vii. Eam ob cauſam vellet omnes homines eſſe, ut fuit ipſe.
Sapien. Sed non tacet,id ex dono dei contingere. Vt Sapiens unus
viii. ait. Scio quot nemo poteſt eſſe continens, niſi tu dederis.
Vnus quisque .n. proprium donum habet,unus ſic,alius aūt ſic

Ideo qualis ipſe manſit Sic mallet manere omnes, qui idem
munus caſtimoniæ diuturno temporis curſu cognouerunt. Id
enim muneris neceſſum eſt prius cognoſcant ſibi coaluiſſe qui ab
ſtinent a thalamo. Sic non prohibibet ne ſint cœlibes & uirgi-
nes At ubi ad doctrinam venitur,eo quid ſit docendum,idem
Chriſti preco, fortiter dicit, omnia tela imposturæ & captionis
oſtendēs,tum perfidiæ,perplexorum laqueorū ac perditionis pe
ricula indicans. Cōmone faciēdo,quā ſint fugiendi, aduerſantes
ſacræ doctrinæ & fidelibus ſermonibus Chriſti. Eius hæc ſunt
i.Timo. uerba. Si quis diuerſam ſequitur doctrinam,& non accedit ſanis
vi. ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti &c Et infra Se iungere
ab iis qui eiuſmodi ſunt. Et Paulo inferius. Appetentes quidem
pecuniam aberrauerunt a fide &c,

Conſtantiſſimus crucis Chriſti predicator, iubet Timotheo,
ut ſe ſubducat ab iis,qui non accedunt ſermonibus Chriſti
qui diuerſam doctrinam ſequuntur. Verum id quod illi prece
pit,id idem, omnibus Timothei ſimilibus, iuſſit,ut ſe ab iis ſub-
trahant qui diuerſam doctrinam ſequuntur,aut ſanis ſermonibus
Chriſti reluctantur. Paulus ſuperius aliquot formas educandæ

vitæ Chriſtiano, tradebat, inter quas, & hoc offenditur
Oportet Epiſcopum unius vxoris maritũ eſſe, qui domui ſuæ i. Timo.
bene preſsit, qui liberos habeat in ſubiectrione, cum omni reue- iii.
rentia. Cum ad doctrinam & regulam uentũ eſſet ab Apoſtolo
docetur. Oportet Epiſcopum eſſe unius vxoris maritũ, atque
ſic docetur. uris, qui aliam doctrinam ſequitur. & non huic acce-
dit ſermoni, repellatur a conſuetudine Chriſtianorum, Se iungere
in quit. & infra. Tu uero homo dei iſta fuge,
Deinde de Diaconis, hoc eſt miniſtris, agens, ait, Oportet mi- i. Timo.
niſtros eſſe itidem cõpoſitos Vxores ſimiliter modeſtas habẽtes iii,
non calumnioſas ſed ſobrias, fidas in omnibus, Porro ſi quis auda
cter negat hæc ad Diaconorum uxores attinere, ille actutum con
uincitur ſermone inſequenti, ſcilicet, Diaconi ſint unius
uxoris mariti, qui liberis recte preſint & propriis familiis,
Hæc ſcribo ut noſcas, quomodo oporteat te uerſari in do-
mo dei Itaque ſermo Pauli conuerſationem clericorum in do
mo dei uerſantiũ informat, Nunc aũt dũ non alios norit Paulus
in Ecleſia dei, quam Epiſcopos & diaconos, atque ſic clanculum
aſſeuerãter doceat, Omnes in domo dei clericos, aut Epiſcoporũ
aut Diaconorũ functiones peracturos, Omnes ergo Preſby Epiſco-
teri ſunt Epiſcopi, cæteri aũt Diaconi, Sic Parrochi ſunt Epiſco- pi
pi & ſi qui alii ſunt preſbyteri illi ueri ſunt Epiſcopi, Reliqui
uero miniſtri, ſunt Diaconi, Quẽadmodũ uetus lex Pontifices
habuit Aaronem eiusque filios, Leuitas & miniſtros cæteros, Leui viii
Omnes etiam illi in tabernaculo uerſati, uxores, quiſque ſuam, Nume,
habuerũt, Id quod erat lege cautũ Si quidẽ lex ait, Virginem du iiii,
cat uxorem, uiduam aũt & repudiatã & ſordidã, atqua meretri- Leui 21
cem nõ accipiat. ſed puellã de populo, ne cõmiſceat ſtirpem gene-
ris ſui, vulgo gentis, quia ego dominus qui ſanctifico eũ,

Hanc legis ſententiã repeciit Ecechiel, ne quis antiquatam Ecechi,
opinaretur, cuius uerba inſequũtur, Et uiduam & 24
repudiatam nõ accipiant uxores ſed virgines de ſemine domus
Iſrahel Sed et uiduã quæ fuerit vidua a ſacerdote, accipiant,
De pontificibus & ſacerdotibus, Epiſcopis, item de reliquis Hoc cõ-
miniſtris & leuitis, hoc eſt, Diaconis ſtatuit, ut uxores accipiant tra rho
ſibi Cærte poſteaquã nõ nullas interdixit, ad cæteras traxit aſtric pontifi
tius Hiſce uidere quimus, quam omnia conſonant & uetera &
noua, quam vna mente, vnaque uoce, conclamant. & lex & Euan
gelium

gelium & Paulus preſbyteri, vxores ducat. Neque Chriſtus Sa-
cerdotes a matrimoniis ſeiūxit. Obtendat mihi quis illud, Qui
poteſt capere capiat. Ego illi ſic obloquar. Fortaſſe tu capis cœ-
libatum, at ipſe intra annum ſexageſimum volo te periculū per-
ſenſę caſtitatis & diuini muneris facere, & interea a coelbatu abſti-
nere. Fieri. n. poteſt hodie caſtus exiſtas, Aut unū & alterū annum
caſte percurras, Dein laſciuiēdo cōtra Chriſtū intēperāter viuas.
Notū eſt quomō veteribus noua cōcordant iubētia Sacerdotibus
vxores ducere. Hęc eſt aūt ſana doctrina, fidei verbū, a quo Pōtifi-
ces Rhoma. pecuniæ appetentia cæcutientes deſciuerunt ab erran-
tes a fide. Pontifices docent. Nō eſſe a miniſtris dei ducendas vx-
ores, At nō tacet Chriſtus, Non omnes capiunt hoc verbū. Et
contraclamat Paulus. Sint vnius vxores mariti. Obſiſtit pon-
tificibus Lex inquiens, Ducant, accipiant ſibi uxores de ſuo ge-
nere Genus illud perfidia rhoma. ponti. deperiit, quod dominus
i. Timo. coegit. Nnnc & audiant maledicta, execrationes, quas Paulus ad
v. uerſus pontificum ſtudia eiaculatur. Qui dicit. In poſterioribus
temporibus deſciſcent quidem a fide. attendentes ſpiritibus im-
poſitoribus, ac doctrinis dæmoniorum, perſimulationē falſi lo-
quiorū, cauterio notatā habētium conſciētiam, prohibētium cō-
trahere matrimoniū Vide mi Bachi, quantā tragœdiā mouet pō-
i. Timo. tificibus rhomanis Paulus. Qui dixit Seniorem ne ſeuius obiur-
v. ges, ſed adhortare ut patrē, Is maledictorū imbrem in homines,
colluuie peſſiā dignisſimos) effundit, omnē ſtomachi ſentinam
euomēs. Nunc quia rhoma. ponti nō ſunt ſeniores, ſed ſęuiores
Antichriſti licet mihi cruda ſtomachi, cū periculorū mole, tum ani
marū iactura concitato, aduerſum pontificias decretales ſpuere.
Animaduerte tu quibus malis adoritur malos. In poſterioribus
temporibus quidam deſciſcent a fide. nota acerbiſſimam obiur-
gationē & eam notā, quam quiſque Chriſtianus cauebit, dicit. n.
Aberrauerunt a fide. A fide & ueritate in infidelitatē & falſi-
tatem collapſi. ergo in hęreſim ceciderūt ponti. rhoma. qui uetu
erunt matrimonia. Sed quibus doctoribus attēdunt? Attēdunt
ſpiritibus impoſtoribus. Defixerūt. n. mētē & oculos in ſpiritus
deceptores. At quorū doctrina fuit? Fuit dæmoniorū, & eorū, qui
pietatē qui religionē, qui omnis boni pretextū ſimulant, intrinſe
cus aūt nihil ſunt minus quā pii religioſi, boni. nihil magis quā
auariſſima dæmonia, peruerſores religionis, falſi loqui mendaces
Hæc ego

Hæc ego non dico cōtra ſeniores Epiſcopos & pontifices,ſed ad
uerſum ſæuiores lupos,& vaſtatores mōtiū Iſrahel,in quibus oues
Chriſti paſcuntur. Duriora ſunt hęc & non bene apta naribus
pontificum odoramēta. Recātēt decretales contra matrimonia
editas,& reſipiſcāt & aliā cātilenā egoipſe cātabo. Tātiſper decre
tales cauterio notatas reformidabo,cōuellā,diſperdā. donec incir
cumciſa & hęretica Pontificum mēs ocalluerit Nolo quiſpi
ā ad vota cœlibatus minor ānis ſexaginta permitatur. Volo reiici
ſic Epiſcopi minores vota profundētes. Quoniā in illorū eſt ſita
viribus irritatio uotorum & coelibatus. Accedite ſanis hortationi
bus Pauli & iuniores ānis ſexaginta repellite. Aut fatemini nihil
vos minus eſſe quam Epiſcopos. Quod ſi conctamini,noſcitote
profeſſionē coelibatus intra ānum ſexageſimum minime cōſuma-
ri. Ad id vos.Pontifices vos inquā,veſtris cōſiliis facile in-
ducā.Quin etiā repugnantes implicabo. Siquidem Alexāder
quartus, Pontifex rhoma. manifeſte decreuit, minorē annis xiiij.
non teneri,uoto & promiſſione religionis cui ſeſe addixit . Ver
ba illius Allexādri e capite. Nō ſolū,de regu.& tranſe. ad religio
lib. vi. ſumpta ſic habēt. Inhibemus uobis de fratrū noſtrorum
cōſilio ſub excōmunicatiōis pœna,ne āte ānum probationis elap
ſum (qui eſt maxime in ſubſidiū humanę fragilitatis inſtitutus)
quempiā ad profeſſionē ueſtri ordinis aut ad renūctiationem in
ſeculo faciendā recipere preſumatis. Quod ſi contra noſtram pro
hibitionem quēpiā recipere preſumpſeritis, decernimus eum qui
taliter receptus fuit,nullatenus eſſe ueſtro ordini alligatum, Hęc
ſunt illius pōtificis uerba, Qui interſerit & hoc. Maior tamē qua
tuordecim annis exiſtens, Sic uota religionis āte xiiii ānum facta
confringit Alexander quartus. Idem facit Innocentius quartus,&
Bonifacius octauus eos inſequitur,ſi quis gloſſam perſpexerit in
uerbo ætatis. Addo quod ſcribitur profeſſionem infra an-
num diſcretionis factam eſſe nullā & Pontifices permittere &
maſculis & fœminis ius abiiciendę religionis ante ānum & uſum
liberi arbitrii promiſſæ ſic loquor ut cum eis ineptiam,

Nempe Alexander tertius in cap. Significatum, De regula &
trāſeun, ad religi. in antiquis,mandat, Epiſcopo Beluacēſi
ut eum qui uotum religionis infra annum xiiii. fecerat, licet etiā
a parentibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a parentibus ablatum, denunciet obſolutum. Clemẽs tertius de filia minore annis quaturodecim ſtatuit ut uidere licet in c Cum virum, cum ſimus, cxv, q.i, illud, & in aliis locis, que nunc ad ſumpſi ideo coaptaui, ut põtifices ſuis propriis funibus caperẽ. Ergo cum pontifices nudos & inermes omni ſcripturæ mumimẽto deſtitutos tamen auſos cernimus pronũciare, Vota religionis infra annũ xiiii pro maſculo, & xii pro fæmella facta, eſſe nulla. Quid ego audebo adiutus ſcriptura? & ratione fortiori? Annus decimus quartus tã infirmæ ætatis eſt tempus, ut eo, per pauci ſenciant uicia in quę maxime inclinantur, hoc conſpicuum & cõceſſum opinor, tumque aculeos Adami veteris vix effloruiſſe.

Queſo igitur, Qui ætatẽ illã, probationis tempus, pontifices aſſeueratis? Quo nec vim nec copiã nec incendiũ ſentimus concupiſcẽtiæ? Ideo quid ſtultius veſtro inuẽto? Et quid potuit ſtatui proteruius? Debebatis vos, qui primas occupatis, faſtigia magni honoris oſtentãtes, ãte omnia quęſiiſſe probatiõis ãnum quẽ dat ſcriptura, Is eſt annus 6omus. iuxta Pauli ſentẽtiã & ſecundum Moyſen & maſculus & fœmina eodẽ ãnorum numero cẽſentur. Intra eum periculi & ex perientiæ ãnum. Quo quisque periculũ facit caſtrationis ſuę, & muneris continentię ſibi adeo gratis donatæ. Omnia cœlibatus & virginitatis vota, ab ãnis ſexaginta facta pronuncio imperfecta, & extremam manum necdum conſecuta, Atque eſſe tantula, quot ii qui uouerunt, poſſunt ſiue ſint Monachi ſiue Monachæ ſiue ueſtales uirgines, ſiue preſbyteri, poſſunt inquã ſtimulis concupiſcentię acti, monaſteria & vota relinquere atque ſeſe iure diuino permittẽte. preter perpetuũ periculum, matrimoniis iungere. Hoc permittunt pontifices minoribus annis xiiii. dum adhuc concupiſcentiæ ſtimuli iacent & dormitant Quæ ratio? Quæ ſcripturæ authoritas arcebit me ſimilia dicturum, de eo tempore, quod probationi datur a ſcriptura? & in quo carnis illecebra ſe prodit & vnum quãlibet ea in parte acriter adgreditur, ubi eſt homo mollior, & cõcupiſcentia robuſtior.

i. Timo. v.

Leui. i. vlti.

Non video, deum teſtor, inconueniens, niſi quis poſſet inficiari Annum ſexageſimum, tempus eſſe, quo per moras debeamus continentiæ perſeuerantiã explorare. Nemo porro id poterit niſi qui poteſt Paulum conculcare, dicẽtem, Cum cęperint laſciuire cõtra Chriſtum. Quid eſt laſciuere? & de quibus hoc dictum eſt? Vide precedẽtia, & uidebis, hoc dictum eſſe de uiduis minoribus

i. Timo. v.

ſexaginta

ſexaginta ānis Quod intra ānū lx, laſciuiant & titillātur. Idcirco &
maſculum & foeminā, minores annis 60 a voto & profeſſione Vi
duitatis & cœlibatus, per ætatē imbecillē, diuinum ius repellit. Error.
Nunc addo, per errorē, & Moniales Monachos & Sacerdotes cę-
libatum promiſiſſe, Fateor penitēdus error fuerit, tamē eluendus
poenitudine, Leuiti iiii, Atque licebit tum inhærere melioribus,
At cōiugia haud paulo ſunt meliora cōcupiſcenciæ incēdiis, Mo-
do detis interim optima me cōtuliſſe peſſimis. Quoniā ipſe Pau-
lus, ait Melius eſt matrimonium cōtrahere quē uri. Vri eſt incendi i Corin.
um & flammā concupiſcēciæ tolerare, Trahit etiā inuitos eius uis vii
& ſuā notam inurit quālibet obſiſtas, Nam ut ſolo cōtactu cādens
tudicula, ſignum imprimit, Ita flgrans caro uno attritu damnum
infert

Non abhorreo Virginitatē, neque Coelibatum illudo, Equidem
mallem omnes deo, quā mundo ſeruire, At ſentienti flammulam
carnis, uxorem ducendam adduco, Sed inquis, Vxorati cu
rant quę ſunt vxorum. E diuerſo maritatę ea, quę maritis placēt.
Verum optabilius malū eſt (vt ſic dicā) placere marito vel vxori
quā frāgi concupiſcenciae facibus Quia melius eſt nubere quam i Corin.
vri. Neque peccat. qui ducit vxorē. Sed id malū aſſero, quod a deo vii.
ſubtrahit. Nunc aūt nemo ignorat, quam illa cura placendi ſuæ cō
iugi, decreſcat & imminuatur aeducacione liberorum, & adminiſ
tratione, mutuoque crucis ſenſu. Quibus placēdi nimia volup-
tas, conprimitur & meliora ſubnaſcuntur. Si uero eſt quem caro
non vexat, Is experiatur (annos uſque 60) carnis conſtantiam
Atque poſt 60 annum, conſilio pontificis in lege domini pre-
docti audito primum, deinde ſeſe cœlibatui dedat, aut quod ſem
per conſulerem ſine voti inuolucro maneat cœlebs, mallem .n.
non uouere quam uouere.

Poſtremo in hac itidē re delectus vitæ operū que eſt adhibē
dus quoniā oportet bonis meliora anteponere. At melius eſt
diſpenſare rē domeſticā & familiam uerbum dei docere, quā frigi-
da precum murmura in fanis canere Moſes deinde Apoſtolus id
a cunctis exigunt viris ut domos ſuas erudiant in uerbo dei.

Cuiquidem labori cædunt omnes labores, cædit mortuo
rum ſepultura cædit comis maiorū compellatio, cædit denique Luc.
ſacrificiorum oblatio inter que ſacrificia Sacerdotum concentio Lu. eād.
iure computatur Maius quiddam fuerit liberis defuiſſe, quā lapi- Mat. v
deis

ſteis tẽplis, & muſſationibus horariis quando maior eſt miſeri-
cordia, quã ſacrificium, itaque oportebit nos primũ maiora legis
exequi, atq; deinde, cum ociamur, minora perſequi, niſi forẽ ni-
mius ipſe laxiore ſinu iſthæc tractarẽ, vltimo quoque honeſtius
eſt victitare e laboribus quã mendicitate & oblationibus.

Concluſio ii NON SVNT ad ſacros ut aiunt ordines vocandi, qui coniugia
non cognouerunt. Quamquã & hæc obſiſtat ſanctitati rho
manorum pontificum, attamẽ eſt Chriſtiana, e ſacris litteris eruta
potiſſimum Paulinis. Pauli uerba ad Timotheum ſupra recenſui
quæ cum ſint propria huius axiomatis munimẽta non te lector
queſo tedeat tractata retractare. Oportet Epiſcopum vnius ux-

i. Timo. iii. oris eſſe maritum. Si oportet Epiſcopum unius eſſe uxoris ma-
rum, nullus debet in Epiſcoporum numerum aſciſci, niſi uel unã
uxorẽ habuit. Adminus debuit unã uxorẽ habuiſſe, qui Epiſco
pus deligitur. Ideo nemo in Epiſcopatum eſt ponẽdus, niſi prius
cognouerit, aut nunc cognoſcat uxorẽ. Porro ſic debet unius mul
ieris maritus extitiſſe, quod nõ modo habuerit uxorẽ, uerum etiã
filios, deinde nedum filios, ſed filios ſubditos & obedientes. Item
oportet eum bene preſuiſſe domui. Hæc enim uniuerſa contex-
uit Paulus, dicens. Oportet Epiſcopum eſſe unius uxoris mari-
tum, qui domui ſuæ bene preſit, qui liberos habeat in ſubiectio-
ne, cum omni reuerentia. Quod de Epiſcopis ſtatuitur, id iure
de quolibet preſbytero ſtatutum eſt, quia ius biblicum nõ diſcri-
minat inter Epiſcopum & preſbyterum. Conſtat autẽ ex nunc aſ-
ſumpta ſententia. Epiſcopum oportet unius uxoris eſſe maritum.
Item habere filios, obedientes. Quod pontifices gloſſis, alicunde
ex ſuis cerebris, accerſitis, ſic interpretantur. Id eſt, oportet Epiſco
pum non habuiſſe duas uxores ſed unã tãtum aut penitus nullã.
Et id uoluiſſe Paulum mordicus cõtendunt. Equidẽ autem quæro
cur Paulus dicat. Oportet, Epiſcopum unius uxoris eſſe maritum
Item qui filios habeat & domui præſſit, hæc uerba & preſentiam
denotant & neceſſitatem ſignificãt, Quid obſonaret ſi dicerem. O
portet eum qui opus Epiſcopi aſſumit, eo tempore uxorem ha-
bere, item filios, itẽ diſpenſationẽ domus, cum eligitur, eadem ue
ritate, qua eum, uigilãtẽ, ſobrium, modeſtum, hoſpitalẽ, aptum ad
docẽdum & alienum a pugnis tum eſſe oportet, ſic debet eum in
re nõ in cogitatiõe & ſpe uxorẽ & liberos habere. Quãdoquidem
hæc omnia Paulus eiuſdem uerbi uinculo, cõcludit. Ex quo cõſe-
quitur. Quot quemadmodum nõ ſufficit, quempiam olim fuiſſe
ſobriũ, modeſtum, vigilãtem, & hoſpitalẽ, ſed opus ſit, ut eum ſit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vigil, ſobrius, modeſtus & hoſpitalis quando aſciſcitur in Epiſco
pi munus. Ita nō ſatis eſt, habuiſſe aliquem vxorem, & filios, ſed
requiritur ut habeat. Atq; haud ſcio, num hæc. a Pauli ſentētia
abhorreāt. Quia neminem eligit paulus Epiſcopum, niſi prius ex
cō ſuetudine, quā erga uxorem, liberos, & alios exercuit aptum
Epiſcopali operi dinorit. Docet. n. Paulus, ex vita, & moribus
vxoris & filiorum, argumentum diſpenſādę eccleſiæ colligi debere
An quis poſſit Ecleſiam dei bene regere. Nam qui male preeſt
domui non poteſt bene preeſſe Ecleſiæ.

Idem de preſbyteris ſtatuit Paulus. Conſtituas, ait oppidatim, Titum I
Preſ byteros, ſicut ego tibi ordinaram. Si quis eſt inculpatus,
unius uxoris maritus, liberos habens fideles, nō obnoxios luxui
aut qui ſint intractabiles. Oportet enim Epiſcopum eſſe inculpa
tum tanquā dei diſpenſatorem, &c. Hic paulus Epiſcopos & pre
ſbyteros pares facit. offitio, titulo, dignitate, & authoritate, Im-
mo eoſdem quos Paulum ante nūcupauit preſ byteros paululum
poſt nuncupat epiſcopos. Atque rurſus oſtendit argumēta & ſig
na frugiferi epiſcopi, Sed ne fieri quidē poteſt, ut illa indicia col-
ligas ex eo, qui nec uxorem, nec liberos, nec miniſtros habet, per-
perā igitur a paulo diſſident Pontifices Roma. Eum ducentes
Epiſcopi faſcia dignum, qui nūquā uxorē duxit, nullos educauit
filios, nec ullā priuatā domum adminiſtrauit, Nos autem. Paulum
emulati. cōcludimus, in Epiſcoporum numerum non referendum
niſi prius coniugem habuerit. In ſumma Paulus per inde coniu-
gium exigit, atque ſcientiam. Nunc autem roma ponti. fatentur
indignum epiſcopatu qui fuerit imperitus. Ergo ſic concludens
de uxore, Neminem eligi poſſe in preſulem, niſi prius ſaltem uni
us uxoris fuit maritus.

Et quod inconueniens ſequitur, Si nullum finio eligendum,
niſi tum exiſtat unius mulieris, uir, cum eligitur[c]. ſicuti nul-
lum eligunt niſi tum ſis ſciens. Nouimus leuitarum principes ux
ores primum habuiſſe, deinde eciā coniunctos ad officia taberna
culi coaptatos, quod cernere licet Exo vi. Accepit uxorem Aaron Exo, 6
Eliſabet. Eleazer accepit uxorem de filiabus Phutiel. Dubitans ad
caput iii Numeri, ſe conferat. atq; hęc intueatur uerba Aaron autē Nume 3
& filios eius conſtitues ſuper cultum Sacerdotii. Exo. vi recenſent Exo, 6,
aut vxores Aaron & Eleazari Leuita. princi. & Exo. 18 ſic ſcribitur & 28
Applica ad te Aaron, & filios ſuos, ut ſacerdotio iungātur, pręterea
apoſtoli ſuas uxores ſecum duxerūnt, ergo clarum eſt uxoratos fu i Corin, 9
iſſe Paulus quoq; vxori copulatus fuit, quod patet Phi. iiii. Nam viii
quæ eſt alia germana compar. quā vxor iugum crucis cum viro Phil, 4
portās, ſed non eā (vt ſuas cæteri) circumduxit.

Erat habēs tanquā nō habēs. Attamē uere habuit. Hęc Apoſtolo
rum exempla fuiſſent ſequenda magis, quam reprehendenda. Si
lex aliqua Pon. uos oblectare debuit, debuit maxime diuina, que
vxoratis Epiſcopalē thiarā imponit. Eo ſtetiſſem, fore inſpiciēdū,
in ſurrogādo Epiſcopo, nū vxorē diu & bene habuerit, ſaltē vnā
Verū exēplorū copia, & ſcripturæ fulgure raptū me uidetis in eā
opinionē ut credam oportere Epiſcopos tum unius vxoris mari
tos eſſe, cum aſſumūtur. Ad id trahunt ueteris teſtamēti ſcripturę.
Itē obſeruatiōes. Item Apoſtolica exēplaria. Atque ſic intelligen
dum Pauli dictum prorſus opinor. Sit unius uxoris vir, id eſt
habeat, quod uerbū eſt imperii. & temporis preſentis.

De Diaconis (ut aūt) ordinatis, idē pronūciat Paulus. Pauli
uerba ſubieci. Diaconi ſint unius vxoris uiri, qui filiis ſuis
i Timo, iiii & ſuis domibus preſint. Hoc teſtimonium adeo lucidū eſt utne-
quidem egeat vlla alia luce qua ponti. permoueat a Paulo ſtatutū
Nequis Diaconus aut miniſter clericus ordinetur, niſi primū vx
orē honeſte tractarit, alueritque liberos, & domui bene prefuerit
ex quibus, uelut notis & ſignis, de aptitudine deligendi, cōiectare
debemus. Atque ſi deficiunt nos eiuſmodi ſigna & teſtes non
debemus aſſumere quempiam.

Conclu-ſio, iii ¶ Religioſi poſſunt, ſi vehemēter uruntur, vxores ducere.

Religioſos appello quos hominū uulgus appellat religioſos,
quales ſunt Monachę, fratres manducātes, & generatim ſin-
guli, qui uotū cōſeruandæ pudicitiæ & caſtitatis ſuper animas ſu
as vinxerunt, de illis dixi, ius eis eſſe abiiciēdæ religionis, & cōtra
hendi matrimonii, niſi uellēt vxores ſecū in cœnobiis habere. fieri
.n. poſſet, ut quis Monachus manēs, uxorem duceret, id quod de
Monialibus cenſeo, Poteſtatem illis eſſe nubendi uiro. Nequa
tamen ocioſe dixerim, Si uehemēter uruntur. Nempe non uſtos
ad matrimonia nō uocito Qui poteſt continere, contineat. Et de
tranquillo quid ſtatuā aliud, quā illud Pauli. Solutus es ne quæ-
i. Corin, vii, ras uxorē. Qui nuptū dat virginem ſuā bene facit. Et qui nō dat
nuptū, melius facit. Malo te tuā virginitatē itidē illęſam conſer-
uare ſi nō ureris. Quoniā incōiugatus cogitas, quę domini ſunt.
At ſi flagraris incēdio libidinis, magis ſuadeo, vxorē ducas, quā
ex agiteris flammarū ardore, cōcupiſcētiæ ignibus. Ex ea cōcupiſ-
centia, ſcęlera, & ſcortatiōe & adulterio peiora erūpunt, fit interim
coitus cū ueſtibus & aliis, quæ nō ſunt minora apud deū crimina



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quā ſit cōgreſſus cū beſciolis, de quo dicit ſcriptura. Qui cū iumē
to & pecore coieret, morte moriatur. pecus quoque occidite. Mu Lrui, xx
lier quę ſucubuerit iumēto ſimul interficietur cum eo. Eodē capite
ſic ſtatuitur cōtra eos qui ſemen dāt Moloch. Si populus noluerit
occidere qui dedit de ſemine Moloch, perdā ipſum & ōnes conſē Eodem,
cientes. Videsne necādum utrumque. At huius ſcelus adeo grā
deſcit. quod Deus populum ſaxa nō iaculantē, occidione mulctat
Sed dicis monachus ſum, ſemen eiicio, flamma carnis fractus
verum haud fundo Moloch. Frāciſcum Domi. & Claram colo.
Certe ne quidem audebis cogitare, eſſe ueros Deos. Ergo velut fic
ticios colis. Porro iis ſemē das, quroum amore Cœlebs es & ſemē
fudiſti. Itaque diis ficticiis. Vel quod nolens largiere Deo non ve
ro ſemen effudiſti. Campararis ideo iure, adultero. & coeunti cum
pecore. illorum ſimilis factus. At caſtum minime dabis. qui cum
pecore cōcumbit. Quo gladio iſtam caſtitatem vindicabis. Quan
do per luxuriam mortis ſentēcia manet te. Putas ne minoris peri
culi eſſe togā ſubagitaſſe, quā iumētum. Alius raptus fortaſſe in-
cendio cōcupiſcentię pecus ſubigit. Tu ſimilibus flāmis uſtus veſt
em ſemine cōſpurcas. Ad huc virginitatē & caſtimoniā defēdis.
Ex ueſtris fratribus didici, inmunera mala a Monialibus excogita
ri, quibus ſemen emungunt, ut cœlibatum cuſtodiant. Meretrices
ſunt apud deum, & uos quālibet cœlibes ſitis. fornicatores eſtis ad
ulteris peiores. Hęc nō dico quod offendā. Sed ut eximam uos a
malis illis peſſimis. Malo vos matrimonia cōtrahere. quā uri quā i Corin,
incēdiis venereis deperire. Solutos aūt a uoto per viſcera dei ob vii
ſecro, ne facile ſuaſioni rhoma. ponti. accedatis

Excuſarem cœlibes a fluxu ſeminis, ſi per paſſionē & ægritudi Leui, vx
nem uelut menſtruum emitteretur. Quia deus eam culpā be
nigne emēdat, Porro quod uoluntae & cōſilio ſemina ueſtibus
implicāt & ſic fugientes matrimonia & hoc pretextu cœlibatum
tutātes nequaquā laudo. Si quidē Paulus nō modo ad matrimo
nium hortatur. Sed etiam ſuadet, ne diu cōiuges abſtineāt a coitu
propter Satanæ temtationē. Pauli verba addidi. Ne fraudetis uos
inuicem, niſi ſiquid ex cōſenſu, pro tempore, ut uacetis orationi &
ieiunio & rurſum ad id ipſum cōueniatis, ne temtet uos Satanas,
propter intemperātiam ueſtrā. Hoc illis, Paulus dicit. qui ſunt
imtemperātes, Temperātes nō facit cœlibatus nec uotum neque
poteſtas noſtra, ſed donum dei. Suadet itaque Paulus iis (in quos
donum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

donum continẽtie perſeuerãs nõ eſt collatum)ne ſeſe fraudent de
bito, niſi ex mutuo conſenſu. Atq; conſulit ut rurſum iũgantur
Gene, 38 & coeant. Ne temtet eos Satanas. Onam temtatum a ſatana puto,
cum funderet in terram ſemen, rem deteſtandã. Huc oculos vertat
qui ſe temtationi ingerit. Expedit temtationem anteuortere. Id
quod aiunt, Oportet preuenire. Quamquam hoc illis ſit ridiculo
Tamen imprudentes ſtatuunt, quod Paulus prudens & ſerio ſtatu
it. guadet in coniugibus thorum & congreſſionẽ. Ne per incontin
entiam, uideãt ad concupiſcẽdũ vel tale quiddam admittat quod
dominus execratur. Matrimonia ſuaſu dei cunctis cõmendata, in
cendio carnis medentur vna. A diaboli nuncio vetita, cui ius nõ
fuit vllum vetandi. Conuenit ergo mihi cum literis ſacris, Non
eſſe caſtum, concupiſcencia peruſtum & alio iacientem ſemina.
Confitebuntur & cœlibes ita laſciuiendo ſe data vota perfringere
Conclu PECCANT TAMEN QVIA PRIMAM FIDEM FREGE
ſio iiii RVNT Hæc concluſio certa fuit priuſquã Paulus Timotheo
i Timo, vetationem preſcriberet. Nequas viduas minores annis 60 elige-
vi ret, ſed repulſas a profeſſione viduitatis ad matrimonia compelle
ret Quia pluſculum momenti videtur uotum ante prohibitionẽ.
Verum poſt interdicta, uota cœlibatus non potuerunt perfici, abſ
NVME que parracho perito in ſcriptura. Sicuti uxoris uotum nunquam
30 conſumatur, niſi uiri conſenſus ſubſcribat, ſaltem tacitus. Sic uo-
ta. preſertim ardua, preter epiſcopi docti iudicium, non perficiun
tur. Verum eciamſi non conſumantur uota, citra conſenſum
i Timo, talis uiri qualis fuit Timotheus, tamen non nihil uouendi temeri
v tate peccatur. Peccamus quia non poſſumus id præſtare qud pro-
miſimus. At leuis culpa fuerit cui ſuapte benignitate dominus re-
NVME propiciatur. Porro culpam admiſit, cui dominus ueniã dat, Sed
30 ſcriptura dicit. Si mulier, ſub poteſtate viri agẽs, votũ vel iuramen
tũ ſuper animã ſuã vinxit. & vir quo die noſſe cœpit mulieris vin
culum, cõtradicit, nõ impleat vxor uotum & propiciabitur illi do
minus. Hic audis deũ uxori propiciari, ergo peccauit uxor. Cla-
rum & eſt, in dicione poſitam, uiro reclamãte, nõ debere uotum cõ
ſumare facto. Nunc cum omnes ſumus mulieres uni uiro deſpõſae
nullum uotum cẽſeo finiẽdum re, priuſquã ſcierimus nutum ſpõ-
ſi qui in ſcripturis loquitur & cõſulit At is per os Pauli pellit mi
norẽ 60 ãnis. Itaque uota uel nulla ſunt, uel non implenda opere.
Sic ab omni culpa non aſſero uſtos, quibus do & cõſulo ut nubãt.
ERGO inquis occaſionẽ peccãdi das, & ducis ad peccata Quia cõ
nubia

nubia ſuades, & fateris cœlibes cõtrahendo peccare. Dico in ea per
plexitate (in quã ferociſſimus pontifex rapuit) iacentes vtrinque
peccata ſpectare. Neque fieri poſſe, ut uitato uno, in alterum non
impingamus. atque hoc caſu grauius periculum eſſe euitandum
& tolerãdũ minus. EX aduerſo deſyderatur ſcriptura. Profer legẽ
dei, ais, permitẽtẽ delictum leuius, ut grauius euites. ʿScripturam
oſtẽdo dicẽtẽ, Non eſt iuſtus in terra, qui benefacit & nõ peccat. Eccle. 7.
Hæc autoritas cõcludit õnia opera ſub peccatũ, & arguit õnes bene
operãtes peccati. Adigit aũt ad benefaciendum. Ergo ad id uiciũ
quod deuitare nõ poſſunt. Deinde, Moſes ſinit uxores vouere atta
men illo ipſo peccare pronũciat, quod ait deũ illi propiciaturũ (ut
dixi) ſi viro renitente non expleat votum Reliqua ſuperſedeo.
MAIVS TAMEN MALVM INCONTINENS ADMIT- Concluſio V.
tit qui uſtus peccat, quã vxorẽ ducẽs. ¶ Sẽſus eſt, religioſi minus
peccant ducẽdo vxores, quã paciẽdo carnis incendiũ. Probatur
etiam Quia multa bona proficiſcuntur ex matrimonio. Ex incen
dio carnis quæ bona veniũt. ʿMatrimoniũ propagat liberos, fidei
verbo efformat. homines auget, terrã excolit & charitati & fidei &
aliis inuigilat. cœlibatus perſæpe filios necauit· deſertas terras fecit
Cõiugia õnibus tã ſanctis quã prophanis laudãtur· Flãmæ concu
piſcẽciæ nuſquã nõ abhorrẽtur. Qui ducit uxorẽ cõtra votũ, pec-
cat, ſed leuiter, telã paleaceã, Põtificis rũpit. Perferẽs carnis ardorẽ
rẽ abominãdã facit, mala talia qualia nõ ſinit eloqui honeſtas.*
Aſſertio libri SCRIBIT amicus, ſi eſt, quẽ refert. libellũ hũc obſcœ , Aſſertio libri
niorem, offendẽtẽ infirmos, indignũ theologo ſuprimẽdũ õnino. ,
IS facit, quod plures æmuli facient. Vt leuẽ fœditatẽ, queſo edicã ,
theologũ deceat ſermone biblico loqui. ʿEx bibliis hæc ſunt excer ,
pta, poſſem turpiora coaptare, & ſcio perlecturo biblia obuenire ,
perinde ſordida, Negocium cum Spiritu· S· nõ mecum læſus ha , Repurgatio fœditatis
bebit, hærum ſequor. illius mãdata exequor. Neque ideo inuerecũ,
de loquor vt inuerecundos efficiã. At vt infirmos ſanẽ, obſcœnos ,
a ſcœno educã, Non·n· ãbigo multos pœnitudine impleri & dolo ,
re diſcruciari, cum grauitatẽ ſcelerum, quæ indicauimus, ſubodora ,
ri cœperint Sint peruerſi (domus exaſperãs) qui vel nõ cõcucíãtur, ,
vel fiãt deteriores aut veluti nouis flãmis ardeſcãt, iſtæc audiẽtes. ,
Nũ ideo Biblia tacẽda & hunc librũ dices delẽdũ.ʿ Pro mea virili ,
adnitar uſtos ad matrimonia trahere, a cœnobiis religioſorũ deter ,
rere & id multis modis, tum metu iacturæ, cũ fœditatis nauſea & ,
facinoris imanitate. ſiue nauſeas ſiue crepas, ſcribere debui. Conſi ,
lium illud ſciens nõ ãplector· Amice biblia vide· Sacerdotes ,

Conclu- ¶ Sacerdotes eatenus caſtitatem promittentes quatenus, fragilitas
ſio vi. humana permittit poſſunt abſque peccato, ſi uolunt matrimoniis
ſe iungere.

Notum eſt promiſſioni illi, ineſſe conditionē, quæ tum extat.
cum incendium carnis crebriore cōgresſione refrigeratur Er
go quid eſt aliud. Promitto me caſte uicturum. quando permittit
humana fragilitas, Quā nunquā caſte uiuā, niſi per coitū ſedatus
fuerit cōcupiſcentiæ ardor? At dices ſtulta eſt hec promiſſio, ſtultā
confiteor, quia a ſtulto cerebro ponti roma. egreſſa. Atque quid
aliud, potuit humanus affectus inimicus deo, inuenire? Igno-
rauerunt, & hodie ignorant pon roma. quæ ſit humanæ fragili-
Mat. tatis vis & natura, Quia ſcripturas ignorāt. Chriſtus ait, De corde
Rhoma hōis exeunt fornicaciones &ce, Paulus. Scio quod non habitat in
vii. me bonum. Itē, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Et Iacobus
Gall. v, Concupiſcencia cum conceperit parit peccatum. & Geneſis, Cunc
Iaco, i. ta cogitacio hōis, intenta eſt ad malum omni tēpore. Si cogitacio
Gen, vi cordis fluit in malum, quāto pondere & fragore, fragilitas infirma
ruit? Hoc ipſi non aſſequntur, ideo pariunt chymeras.

Conclu- ¶ Deberēt Epiſcopi Sacerdotes concubinarios ad matrimonia co
ſio vii, gere. Licita ſunt matrimonia & vna fornicationis remedia.
Paulo dicente. Propter fornicatiōem quisque ſuam vxorē ducat.
Neque alia medicamina videmus lege domini. Ad illa deberent
cogi concubinarii. Verum quia nihil commodi coniugia in culi-
nas ingerunt, Itum eſt, ad concubinas, quorum cohibitationem
mulctant nummis. Quid eſt quod toto cælo aberratis Epiſcopi?
& in re tam dilucida que nō poteſt lucidior eſſe, hallucinamini?
Vel contingite Biblia, & cito inuenietis matrimonia bona eſſe. at
que perſuaſa omnibus in cōmuni, & ad ea cogendos, parum ab
ſtinātes, reſipiſcite tādem & auaritiā iſtam proſcribite. Ita vniuer
ſus clerus, & vos hominibus eritis multo chariores, & rem facietis
deo impenſius gratiorem, quam eſt cœlibatus conſeruatio. Valete
& ſemel uos tanquam chriſtianos, ad uocem Chriſti conferte.

Alioqui non feremus diu, neque poſſumus diucius ferre iſ-
tam ſæuitiam.

SIT LAVS DEO.

Impreſſus vuittembergæ a Nicolao Schirlenco, in ædibus Caro
loſtadii M. D. XXI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6117

Th
6117

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN